

tum à te non esse, sed à Deo; quod humilitatem commendat. Sed etiam, quando in hoc exilio degis, inesse tibi mutabilitatem, & amissibilitatem. Qui hodie es pulcher, cras poteris esse sordidus: & qui modo es lucidus; postea forsitan fies tenebrosus. De Ponte hic Exhort. 5. §. 5.

*Computrescit jugum à facie olei.* Il. 10. 27. Jugum à facie olei computrescit: quia dum Spiritus S. gratia ungimur, à captivitate nostræ servitute liberamur. Dumque maligni Spiritus dominatio superba repellitur, jugum conteritur, quo libertatis nostræ colla premebatur. S. Greg. Mor. l. 10. cap. 11. *Vendit universa, quæ habet.* Matth. 13. 44. Cur ad emendum agrum, non aliqua, sed universa sua vendit homo? Theaurus fides, gratia, Deique amicitia; ob cuius æstimationem homo cetera spernit. Sylveira hic.

*Inveni drachmam à facie olei.* Luc. 15. 9. Gemma pretiosior in toto orbe fingi non potest, gratia divina. Hæc quondam à genere humano perditæ, à quo in casum, nec sine lacrymis, quasi frustra fuit. Sed tandem mulieri obigit eam inveniendi felicitas: *inveni gratiam.* Ludolphus p. 1. c. 3. gratiam, quam Eva perdidit, MARIA invenit. Segneri ser. 40. in festo B. V. Annunt. Drachma hæc Dei gratia est: sola tam sollicite investigatur; ceterarum præ hac ratio nulla habetur. S. Greg. Nyss. lib. de virgin. c. 12.

*Vinum non habent.* Joan. 2. 3. Vinum defecit: quia collatæ gratiæ beatitudine privata est miserabilis natura hominis. S. Rupertus lib. 2. hic.

*Sic enim volo manere.* Joan. 21. 22. Dicit Christus de quolibet, quod de Joanne: *Sic enim volo manere*; scilicet in bona vita, donec veniam. Qui existit in gratia, dicitur Joannes. S. Vincent. Ferr. D. infra Oñt. Epiph.

*Dabo illi stellam matutinam.* Apoc. 2. 28. Stella matutina est gratia sanctificans; eam qua advenit Spiritus Sanctus. Richardus à S. Victore.

Peccatum est arbor mortis: gratia est arbor vite. S. Bonavent. l. 2. hæm.

## §. II.

## Gratiæ præstantia.

## Ex Veteri.

*Sic enim dicit.* Gen. 3. 5. Nota: diabolus inter omnes creaturas primò DEUM nominasse; sicut hic habes; & in Evangelio Marci 1. 24. primò vocavit JESUM Nazarenum. Cur permittit Deus, ut tam perverfa creatura abominabili ore suo prima divinum illum nomen proderet. Respondet Lippom. id factum, quæ non habent eam comitem, qua reddimur amici Dei. Quid refert multa de Deo loqui, si ejus gratia excidit, de quo tanta loqueris. Didacus Nyss. l. 6. D. 5. Quadr. §. 8.

*Homines autem Sodomitis pessimi erant, & peccatores coram Domino nimis.* Gen. 13. 10. 13. Universa regio, irrigabatur sicut paradisus Domini. q. d. parum illis proderat ubertas patris soli, & bonorum temporalium incredibilis affluentia; quibus maxima opulenta decerat, scilicet gratia Dei. Omnia bona, & mala, ad unum gratiæ bonum, & culpe malum, revocantur. Didac. Nyss. l. 2. c. 6.

*Non est Deus meum.* Deut. 31. 17. Deus in omni re est: sed non cum omni re. Esse quidem Deum in re, est, esse ipsum per essentiam, per potentiam, præsentiam in re. Esse verò cum re, est, esse in re per gratiam. Hugo Card. hic.

*Tenuis enim, nec armis.* Cant. 3. 4. Mater nostra est gratia Spiritus, quæ spiritaliter nos generat; cujus domus est humana mens, in qua eadem gratia suscipitur. Rich. à S. Vict. in appendice in Cant. cap. 6.

*Qui edunt me, adhuc esuriunt; & qui bibunt me, adhuc sitient.* Eccl. 24. 29. Et Joan. 4. 13. dicitur: *Omnes qui bibunt ex aqua hac, non sitient iterum.* Quomodo hæc conveniunt? Albertus M. Carolus Bonav. Lyranus, respondent: triplex est desiderium. 1. Rei non habite, ut habeatur. 2. Rei habite, ut conservetur. 3. Rei habite, ut augeatur. Dum ergo dicit Ecclesiasticus: *qui bibunt me, adhuc sitient*; est secundo, & tertio modo: quia iustus maxime desiderat conservare Dei gratiam, & in charitate erga Deum crescere. Christus D. autem loquitur de primo desiderio, & siti: nam qui semel accipit in se Spiritum Sanctum, non habet necesse illum iterum recipiendi nisi per peccatum expellatur. Sylveira in Joan. 4. q. 21.

*Regnum tuum transiit à te.* Dan. 4. 28. Regnum ab unoquoque liber transit, quando gratiam sibi divinitus collatam amittit; per quam desideris, & passionibus, suis dominari consuevit. Richardus à S. Vict. de end. inter. hom. l. 2. c. 38.

## Ex Novo.

*Namquid potest in ventrem matris sue iterato introire?* Joan. 3. 4. Non in ventrem matris sue, sed in fontem gratiæ Dei, potest homo introire, & denuo nasci. Alias autem, & verè, in ventrem matris sue rursus ingreditur; quando in finem hujus gratiæ vera fide reducitur. Mater enim nostra gratia est. S. Rupertus lib. hic.

*Habet vitam æternam.* Joan. 5. 24. Scilicet vitam æternam. Dicit habet: quia inchoat in vita præsentem habetur vita æterna. Gratia enim, seu charitas, vivere in æternum, inchoat in anima. Cajetanus hic.

*Prophetavit.* Joan. 11. 51. Non est in gratis numerandum, quod non habet adjuncam gratiam Dei. Caiphas fuit propheta redemptionis humanæ. Sed quid illi gratia defuit hæc prophetia ad salutem profuit? Didacus Nyss. l. 6. D. 5. Quadr. §. 8.

*Manere in me.* Joan. 15. 4. Quid est? nisi manete in gratia mea. V. Beda hic.

## Ex Patribus, &amp; aliis.

Mellius est mihi non esse; quam sine JESU esse: melius est, non vivere; quam vivere sine vita. S. August. Medit. c. 39.

Ut Ghennam timere non debemus propter ignem illum inextinguibilem, & penas terribiles, & perpetuos cruciatus; sed quia offendimus tam bonum Dominum, & ab illius gratia sumus alieni: ita & ad regnum nobis festinandum, non nisi propter amorem in illum, ut ejus gratia fruamur. Nam ut regno desiderabilis est, misericordem Dominum nostrum benevolam esse nobis: ita gehenna gravius, ab illius benevolentia excidere. S. Chryl. hom. 25. in Gen.

Maxima securitas, & inextinguibilis murus est gratia DEI. Idem hom. 46. in Gen.

In eo, quod participamus per gratiam, quod ipse Deus habet per naturam; merito nuncupamur dii. S. Laurentius Just. l. de cont. Mundi c. 10.

Magnam gratiam homines apud Deum habent, si medietatem eorum, qua pro gratia Mundi expendunt, pro gratia DEI expendunt. S. Thomas Aquin. opusc. 38. c. 11.

Gratia est primum inter dona Dei: quia per eam justificatur impius Rom. 3. 24. *justificati gratis per gratiam ipsius.* Pax autem est ultimum, quod in beatitudine perficitur. Psalm. 47. 14. *qui posuit fines tuos pacem.* Tunc enim erit perfecta pax, quando voluntas requiescat in plenitudine omnis boni. S. Thomas Aquin. in epist. ad Rom. Lect. 4.

Summum bonum in vita dixit Epicurus, voluptatem corporis; Stoicus timorem mortis; Peripateticus virtutem mentis; quod secus est à veritate. Summum enim bonum in vita, est gratia Dei per Jesum Christum. Blefenf. l. 30. in festo S. August.

Non est corrigiam calceamenti perdere, gratiam Dei amittere. Thomas Kemp. serm. S. de aurea corona in cap. S. Agnet.

Nullus potius dulcor gratia Dei. Idem conc. 19.

Gratia est nodus Dei, & hominis; est dulcis amplexus divini spiritus, & humani. Nierembergius l. 4. de arte volunt. cap. 68. Vide apud eundem plura de præstantia gratiæ divinæ, de ador. in Spir. l. 1. cap. 12.

## §. III.

## Gratia Dei parit angelicam, &amp; humanam.

*Invenitque Joseph gratiam coram Domino suo.* Gen. 39. 4. Nichil tam difficile, quam potentibus placere, & non displicere Deo. Illa tamen Dei remuneratio esse solet; ut, quos ipse amat, hominibus etiam gratos reddat; quod inter prodigia maximum. Alvarez Joseph Illustr. 88.

*Perentiam Ægyptum in cunctis mirabilibus meis.* Ex. 3. 20. addit v. 11. *dabo gratiam populo huic coram Ægyptiis.* Pro miraculorum suorum coronide hoc addit. Ut verò & Deo placeas & hominibus, duo servanda. I. Ut nunquam, pro æstimatione hominum obtinenda, contra conscientiam, rationisque, normas, aliquod opereris. II. Ut non semper efficias, quod, etiam salva conscientia, efficere poteris. Possunt enim multa sine crimine agi: quæ tamen ex circumstantiis injuncta sunt, & non opportune venient. Idem ibid.

*Puer autem Samuel profectus, atque creverat; & placebat tam Domino quam hominibus.* 1. Reg. 2. 26. Mirus ordo, quod DEO prius, tum hominibus, placeret. Mirum fœdus, quod simul, & Deo placeret, & hominibus. Nec rusticam probro sanctitatem, quæ hominibus amaretur; & urbanitatem improbo, quæ, ut hominibus blandiatur, Deum negligit. Oliva l. 10. Strom. hic.

*Tobias quoniam memor fuit Domini in toto corde suo, dedit illi Deus gratiam in conspectu Salmanazar regis.* Tob. 1. 13. dilectus Deo, & hominibus. Eccl. 45. 1.

Daniel in Persia succedentibus diversis quatuor regibus felicissime servavit, à singulis honore maximo affectus. Drexelius in Tobia c. 3. §. 1.

*Profectus erat gratia apud Deum, & homines.* Luc. 2. 52. Prius apud Deum, deinde apud homines. Docet, qui optatum ex suis operibus fructum capit, ei per hæc ante omnia querendam gratiam Dei, gratiamque hominum tum ultro obventuram. Didacus Nyss. D. 1. Epiph.

*Habentes gratiam ad omnem plebem.* Act. 2. 43. Gratia magna erat in omnibus illis. Act. 4. 33. Si quisquam servus sit; apud Deum potius, quam apud herum suum, gratiam invenire nitatur.

## Titulus V. Gratia Habitualis.

*Tantus.* Si mulier, posthabito viro, Salvatoris nostri gratiam querat; si dux exercitus supernam potius, quam regis, aut principis, sibi benevolentiam efflagiet: hoc pacto hominum sibi quoque amorem conciliabit. S. Chril. in ep. 1. Cor. 1. hom. 1.

*Horologium solare.* Lem. Aspic, & aspicier. q. d. Si tu, o Sol, me aspicis, aspicier ab omnibus. Sic, si Deus nos aspicit, aspicimur, & honoramur ab hominibus. Oculi Dei respexit illum in bono. Eccl. 11. 13. Cornelius in Eccl. hic.

## §. IV.

## Gratiam divinam solet excludere humana!

*Studit altitudo Esau Gen. 27. se confirmare in adepta gratia patris; blandiens maxime per ea obsequia, quibus bonus senex caperetur. Sed Deus eum repulit: quia in hominum gratia spem ponens, de bona vita, & iustis operibus, sollicitus non erat.* S. Chryl. hom. 9. in Matth. vitia voluntatis vicerunt privilegia nature. Et quia pravis moribus erat, nihil ex his omnibus aditus est. Sed & juxta naturæ ordinem prior, & de voluntate patris securior; quia displicebat Deo, omnia, quæ jam tenere videbatur, amisit. Oliva t. 3. conc. 16.

*Recordatus quoque Dominus Rachel.* Gen. 30. 22. Humanis displicens oculis jusaliquid acquiri placendi divinis. Jacobi oculus in adolescentia sua insecrat Rachel; imò omnium animos irreverit forma: & tamen in memoriam Dei tunc non dicitur venisse. Tunc ejus recordatur, cum primum adolescentiæ flore abeunte, & forma, & Lie forori in contemptum est, & forsitan omnibus in oblivione. Mortalibus oculis non fidat, qui divinos sibi propitios cupit. Alvarez, Joseph. Illustr. 2. morali.

*Venite, & sub umbra mea requiescite.* Eccl. 9. 17. Contra rationem sibi cupiunt umbram, & inveniunt dignissimè flammam. Naxera hic in Judic. 23. §. 26.

*Memento, quia venisti ex terra mea: nec aspicier me visus hominis.* Job 7. 7. 8. Dum tui merorem Deum cupit, ait, non aspicier me visus hominis. Invenire videtur; non bene convenire divinam gratiam cum humana. Alvarez. Illustr. 2. mor.

*Si tu es Christus, salvum fac temetipsum, & nos.* Luc. 23. 39. Godfridus Card. de S. Latrone: in passione nostri Salvatoris latro ille, qui in finitris positus fuerat; & adulabatur Judæis, & convitiabatur Christo. Sed neque Dei gratiam invenit, neque hominum, quibus assentabatur. Secus alteri latroni cvenit. Didacus Nyss. D. 1. Epiph.

*Nobis non licet interire quemquam.* Joan. 18. 21. Sed planè suo frustrati consilio; & Cæsaris amicitiam, & Romanorum gratiam perdidit. Mendoza in 1. Reg. 5. v. 9.

## §. V.

## De gratia humana.

*Accidit, ne perirent duo Eunuchi.* Gen. 40. 1. Judæi dicunt: peccatum pinceret in eo fuisse, quod multa inventa fuerit in poculo Pharaonis: piloris verò, quod pilus in pane. Oleaster: hoc communiter servis principum evenire solet; ut propter facilem causam in carcerem detundantur; & una hora perdant, quod tota vita meruerunt. Varia, & injusta res est principis animus; ut qui pro minima hominem evehat, & pro nihilo deprimit. Alvarez Illustr. 122.

*Anima Jonathæ conglutinata est anima David.* 1. Reg. 18. 1. S. Gregorius Thaumatur. orati in Orig. conglutinata est non anima David anime Jonathæ; sed contra: nec enim pars potior, cum sibi per seipsam sufficit, deteriori se agglutinari cuperet. Equidem tunc David à Saule peritus, summe indigebat auxilio, simulque videbat Jonatham sibi affectum. An adeo adhuc filio principis, illiusque pedibus se alligavit? absit. David Deo nitens, sic principis utebatur favore; quasi illius minime indigeret. Bæza t. 2. l. 6. c. 6. §. 2.

Invenit gratiam apud Absolonem Achitophel; hæc illi suspendium attulit. 2. Reg. 17. 23.

*Impulit Abra sua asceperam vini, & vas olei.* Judith. 10. 5. Sic desert cibos suos; ut non indiget quidquam de principum mensis sumere. Addit præterea: *Deum solo etiam nunc apud te.* c. 11. 14. q. d. non principis gratia, non favor, à Deo meo me alienabunt. Bæza ib.

Invenit Aman gratiam apud regem Assuerum. Hæc illi gratia crucem peperit. Eth. 3. c. 7.

*Preparavit Dominus piscem grandem, ut deglueret Jonam.* Jon. 2. 1. Ad quid manus Dei preparavit piscem? ut pro morte præberet habitaculum: ut qui in mari iratum fenserat Deum, in morte propitium sentiret. E contra hoc proprium gratiæ, & favoris humani, quod noceant, dum favent. Sic de pulcherrima Tyrnavi Ezechiel 27. 26. lamentatur: *ventus auster contrivit in terra maris.* Non servas aquilo; sed lenis, & suavis, auster contrivit tantam navim. Bæza l. 6. c. 7. §. 30.

*Regabat illum quida de Pharisæis, ut manducaret cum illo.* Luc. 7. 36. Non illos unquam rogabat de potentioribus, ut se invitant; adeit mensis principum; sed enixè rogatus: quasi ipse R. P. Spanner Poly. Tom. 1.

nihil eorum egeat; sed suam operam illis egentibus præstaturus; Indigne libertus Christi principum favoribus intrat. Bæza l. 6. cap. 6. §. 2.

*Hæc cum dixisset, insufflavit.* Joan. 20. 22. O quam potentes sunt Dei flatus! pauperes piscatores Dominus uno flamine, gratiæ, & benedictionis vasa effecit; nec qualia vitriarius in officina statu sua fragilia. Flatus etiam regum, & principum Mundi, potentes sunt; sed non ut gratiæ, imò iniquitatis, & superbiæ, vasa confringant. Hinc videbis eos, quia magnatibus venerunt, & amantur, tam inflatos; ut eos vix orbis capiat. Diez D. in Alb.

*Nubes sine aqua, quæ à ventis circumferuntur.* Jude. v. 12. Nubes sit ex vapore, à terra, calor virtute, excitato; quæ ita in aere extenditur, ut cœlum contegat, & vix aliud præter eam videatur. Sed nunquam in eodem loco permanet; & huc, illuc, à ventis circumfertur; & tandem paulatim consumitur. En Symbolum humanarum dignitatum. Videre enim est aliquos, è terre pulvere, humani favoris vi ad tantam dignitatem evectos, ut cetera omnia oculare, & obsecrare videantur; sed nunquam in eodem statu quiescunt: jam invidia, odio, inimicitia, & aliis molestis, agitati inquieti vagantur; & tandem ad terram, ex qua excitati sunt, miseri revertuntur. Diez Conc. 3. de Incarnat. Dom.

Amicus Mundi est amicus proditoris; & ejus oculus est fraudulentum. *Quemcumque oculum suum.* Matth. 26. 48. Sic facit Mundus illi, quem agnare se simulat; sicut fecit Joab Amiaze, quem quasi oculum occidit. 2. Reg. 20. 10. S. Thomas Aqu. opusc. 38. cap. 11.

O sæculum nequam! quod solus tuos sic foles beare amicos; ut Dei facias inimicos! &c. S. Bernardus ep. 107.

## TITULUS VI.

## GRATITUDO.

## Erga Deum.

## §. I.

## Symbola.

*Formavit Dominus Deus hominem de limo terra.* Genes. 2. 7. Quomodo Deus volens eum constituere principem terre, illi non format corpus ex sublimi aere; quod se vestiant Angeli, cum descendunt ex cœlo? cur non ex puro auro, educto ex fodinis? aut ex lucidissimo marmore; aut ex ipsa firmamenti stellati luminosa materia? Delectus materia tam impar dignitati hominis à Deo constitutus est, ut in hominem infunderet accuratissimum studium grati animi. Aer jucundus; sed sterilis: lucet aurum; sed focundum non est; gemmæ fulgent; sed expolienti nihil producant: cœlum, & stellæ nullum fructum reddunt. Una terra pauca grana spergenti, plures spicas restituit: pro unica gladiosa procreat quercum robustissimam. S. Ambros. de obitu fratris: id, quod acceperint agri, velut crescentibus usuris, multiplicatum, cumulatissime restituit. Oliva t. 3. conc. 5. Cur non potius de aere, vel aqua; sed de terra? ut ex principio gratitudinem suam disceret homo: terra acceptum semen in genere suo iterum reddit. Sylv. in Matth. 3. q. 37.

*Reversa est ad eum in arcam.* Gen. 8. 9. Sicut rediit columba ad Noe diluvio cessante, olive virentis ramum ore præferens; sic redit columbinus, gratulique, homo ad Christum; peccatorum inundatione cessante, gratiarum laudes grato ore proferens. Non rediit corvus ingratus. Gen. 8. 7. Barradius D. 14. Pentec. t. 3. l. 1. c. 7.

*Unum agnum mand, & alterum vespere.* Ex. 29. 39. Agni duo iussu Legis maculantur quotidie, mane, & sub vesperum: uterque cum gratiarum actione; alter pro diurnis, alter pro nocturnis beneficiis; quæ indefinenter Deus largitur humano generi. Pinna in Eccl. Ethol. 230.

*Omnia flumina intrant in mare.* Eccl. 1. 7. Omnes etiam Fideles, flumina sunt; & hæc flumina ad locum, unde exeant, revertuntur: quoniam per sancta desideria ad amorem sui Conditoris redeunt, & de omnibus bonis laudes, & gratias, illi referunt, à quo ea perceperunt. Salomius in Eccl.

Ignis. Lem. Pro esca splendorem. Picinelli.

## §. II.

## Exempla.

*Umque proficierebant de Oriente.* Gen. 11. 2. Quæres: ubi habitaverit Noe post diluvium? Resp. vixit dies reliquos fortè in humilitugurio prope arcam extructo in monte Armeniæ. Ante oculos habebat arcam, divinæ misericordiæ mirabile prodigium: unde, ex nova beneficiorum Dei memoria, in ejus amorem indies magis effervecebat. Utile est contentius fides loca, in quibus insignè Deo beneficium præstitum. Fernandus in Gen. hic. Sect. 2.

*Concede mihi servo tuo, ut tollam omni diurnum burdunum de terra.* Reg. 5. 17. Naaman dum per Eliseum lepra mundatus est, po-



tuit terram, in qua sanatus est. Theodoritus: petiit terram illam; ut ex ea domi suae extrueret altare, in quo Deo Israelis victimas, & vota, offerret, ac gratitudinem renovaret. Bernardus hic in Gen. cap. 11.

*Cum venissent filii Dei, & assisterent coram Domino.* Job 1. 6. Angeli misericordias ejus confitentur, & gratias agunt pro beneficiis, quae ille incessanter impertit filiis hominum. Origenes l. 1. Timent angeli, ne homines deponant memoriam beneficiorum Dei: unde excitantur; ut, quas Deo gratias debent homines, solvant pro ipsis. Vel credunt; satis non esse, homines ut grati sint, quos ideo adjuvare volunt. Velloso in Judith 2.

*Confiteor tibi Pater.* Matth. 11. 25. S. Fulgentius ep. 1. gratias tibi ago Pater. Cur Christus pro parvulis gratias agit? quia, cum ipsi sint insufficientes, ipsam gratitudinis pensionem Christus in se recipit. Sylveira hic q. 3.

*Tu es Christus filius Dei.* Matth. 16. 16. Sicut excelsi animi est, filere, quae donat; ita & memorari quod accepit. Sylveira hic qu. 12.

*Ministrabat eis.* Marci 1. 31. Non ista beneficium otiosa suscepit: nam, recepta illico sanitate, se contulit ad agenda: conspiciens fore necessitatem, & docentiam, Christo pauperi, & ejus collegio, ministrare. Non expectavit de ministrante praecipuum; quamquam non sine praecipito importuna febris abisset. Optimum in moribus est, acceptae gratiae cooperari; & omne, quod a Deo accepimus, in dedicationem convertere Creatori: sicut ista sanitate receptam in obsequium illico statuit largitoris. Simon Cass. l. 5. c. 8.

## §. III.

Gratitudo digna pluribus beneficiis.

*Possedi hominem per Deum.* Gen. 4. 1. ait Eva genito Cain, gratias agens Deo. Quod ita placuit Deo, ut majora ei donaret: quasi diceret: expecta mulier. Filius, quem peperisti, non est bonus; idcirco ego tibi dabo alium longe meliorem; dedique justum Abel. Sic provocat gratitudo Deum ad majora, & plura, beneficia praestanda. Diez Laudes Dei.

*Reddat mihi Dominus saluum alterum.* Gen. 30. 24. ait Rachel. Cur uno accepto filio? Gratias Deo habuit pro primo; ideo secunda de secundo. Lippom. propterea, quod pro primo suscepto gratias Deo agit Rachel; & secundo, quem maxime optavit, ditata est. Adde: tunc solum beneficia accepta utilitatem asserere, cum Deo gratias, & laudes referuntur. Alvarez Illustr. 99.

*Dominus gloriosus cantemus.* Ex. 15. 1. Cur has laudes non reservant ad tempus, quo in terram promissionis excepti, sine curis viarum, Deo attentius poterant vacare? sed mox ut, sepultis Hebraeis, & mari sicco pede exeunt, ad gratias Domino exhibendas se invicem invitavit. Multum adhuc itineris metiendum, & graves difficultates superandas, divino egebant auxilio. Ergo, ut Deum obstringeret ad nova beneficia conferenda, statim gratias habent de prioribus, ut digni fiant muneribus novis. Idem Illustr. 203.

*Comestis, & non saturabimini.* Lev. 26. 26. ait Deus Israelitis. De pauperibus autem. Ps. 21. 27. edent pauperes, & saturabuntur. Nota, quod addit: & laudabunt Dominum. En discernim. Idem Illustr. 100.

*Suscceptor meus es tu, & refugium meum.* Deus meus, sperabo in eum: quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium. Ps. 90. 2. 3. Sed vide, quas vices dulci commemorationi nuperorum donorum suorum pius Pater rependat: Scapulis suis obumbrabit te; & sub pennis ejus sperabis. V. 4. Sanctus Bernardus f. 4. hic: confitenti humiliter, & devote gratias referenti, non immerito ampliora beneficia promittuntur. Itaque respondit Spiritus: non id solum faciet, sed & scapulis suis obumbrabit tibi. Didacus Nyss. Pol. coel. p. 1. l. c. 5.

*Ad locum, unde exeunt flumina, revertentur.* Eccle. 1. 7. Quia ad principium, unde proveniunt beneficia, revertuntur: scilicet per gratiarum actionem; ut iterum fluant per iteratam beneficiorum exhibitionem. Non est dignus beneficium consequi, qui de beneficiis acceptis gratias non agit. S. Thomas Aquin. in ep. ad Rom. lect. 5.

*Accepti panes: & cum gratias egisset.* Joan. 6. 11. significanter describitur gratiarum actio in patratione miraculi. Ad erudiendum nos; quod petito futurorum ex gratitudine praeteritorum confurgere debet. Cajetanus hic.

*Cum gratiarum actione petitiones vestrae innotescant apud Deum.* Philipp. 4. 6. Nam, quae, ob accepta beneficia, gratum ostendit; ad nova disponit. Diez. Conc. 1. infesto S. Matthiae.

Ita liberalis est Dominus noster: ut, quando videt nos bene, & cum gratitudine, ut his, quae jam nobis concessit; ulterius potioribus, majoribusque, muneribus impleat. S. Chrysof. t. 1. hom. 15. in Gen.

Cum innumeris beneficiis quotidie omnes nos prosequatur; nihil tamen aliud a nobis exigit, quam habere gratias pro his, quae nobis facta sunt: ut pro ipsa illa gratiarum actione ad ampliora danda provocetur. Idem hom. 51. in Gen.

## Alia motiva.

*Diffamaverunt eum in tota terra.* Matth. 9. 31. Gratitudo fortissimus, & vigilantissimus est custos gratiarum. Baeza t. 2. l. 10. cap. 1. §. 9.

*Spiritus rapuit Philippum.* Act. 8. 39. Cur tam cito Angelus rapit Philippum a praesentia Eunuchi? Lyranus ait: ut intelligat, Philippum a Deo specialiter missum fuisse, ad eum de fide informandum; & baptizandum. Ut ideo multas gratias Deo redderet pro tam speciali beneficio. Sylveira hic.

*Charitatem habetis pax Christi exultet & grati estote.* Coloss. 3. 14. 15. Primum omnes virtutum manipulos colligit; & deinde singulorum vinculum addit charitatem. Dein, post ligatos manipulos; ne fur rapiat, ne fera comedat; adhibet in fine custodiam, grati estote. S. Chrysof. hom. 26. in Matth. optima beneficiorum custos est ipsa memoria beneficiorum, & perpetua gratiarum confessio. Baeza ib.

Quid melius & animo geramus, & ore promamus, & calamo exprimamus; quam Deo gratias? hoc nec dici brevius, nec audiri latius, nec intelligi gratius, nec agi fructuosius potest. S. Augustin. ep. 77.

Ad veram gratitudinem inducere nos debet consideratio dantis, qui est Deus omnipotentissimus, nobilissimus, amantissimus, fidelissimus, optimus, beatissimus, & perfectissimus. Item consideranda est indignitas nostra, qui nec ipsa vita digni sumus; nec meriti esse vermes inter alias creaturas. B. Albertus M. parad. animae c. 25.

Quid retribuere pulvis, & vermis, Domino gloriae, qui pro eo animam suam in morte coneluit, ut beatitudine frueretur a quam nec oculus vidit, nec auris audivit! attende igitur sollicitus, quantum Domino tuo debes; & dum in profectu es, nunquam te perfectum existimes. Blesens. ep. 137.

## §. IV.

Gratitudo fit communis omnium.

*Discevit Nos altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis, obtulit holocausta super altare.* Gen. 8. 20. Cur obtulit de cunctis? quia gratiarum actionis sacrificium erat. Ita, unde oportebat cuncta pecora, & volatilia, servata, quasi uno ore ad agendas gratias redire. Rupertus lib. 4. in Genes. capit. 12.

*Tunc cecinit Moyses, & filii Israel, carmen hoc Domino, & dixerunt: Cantemus Domino.* Ex. 15. 1.

*Confitemini illi omnes, quoniam bonus universi autem adorantes.* Ps. 148. 2.

*Tunc biter, tamquam ex ore laudabant, & glorificabant; & benedicebant Deum.* Dan. 3. 51.

*Unus ex illis, ut vidit, quia mandatus est.* Luc. 17. 15. Taxatur communis, qui postulat communiter, de beneficio accepto haud communiter gratias referre curavit. Ex decem mundatis unus redit gratias acturus, novem desiderantur. Deberet communis, quae petita venit, & accepit, redire ad gratias ferendas largitori. Eschobar t. 3. mir. Chr. l. 4. lect. 4. Obf. 1. Unus sanatus gratis redit: sed invenit offensum Christum in eos, qui non una grati accedebant. Nam non placet Deo gratitudo, quae non habet socios omnes eos, qui beneficium acceperunt. Baeza t. 2. l. 9. c. 5. §. 10.

## §. V.

Gratitudo non fit frigidior petitione.

*Rate Dominum.* Ex. 8. 8. 15. Videns Pharo, quod data esset requies, ingravit cor suum. Lyranus: Sic faciunt multi; qui, cum in afflictione positi sunt, multa Deo promittunt; sed extra periculum positi retractant.

*Memento diei huius, in qua egressi estis de Aegypto, & de domo servitutis.* Ex. 13. 3. Cur non petit gratias pro beneficio libertatis? judicavit Deus satis esse memoriam beneficii; frigidiorque esse gratitudinem, quam petitionem. Alvarez Illustr. 203.

*Eccae sicut oculi servorum in manibus dominorum suorum; sicut oculi ancilla in oculis domini nostri ad Dominum Deum nostrum, donec miserentur nostri.* Ps. 124. 2. 3. Oculi in spes inerti, misericordiam consecuti, benefactoris oblii; quam alio tunc diriguntur pupillae. Dum saltem petimus; dum grave nobis negotium, periculum &c. aras lautis oneramus muneribus, caelum pulsamus suspensum confitemur; at si ex sententia votum cedit, mox ingrata irrepit oblitio. Naxera in Jos. 13. §. 29.

*Donec accipiant, osculatur manum dantis.* Eccl. 29. 5. Camolus accipiens onus submittit se in terram. Lem. Donec accipiat. Didacus Nyss. Pol. coel. p. 2. l. 7. c. 2.

*Non est opus valentibus medicis, sed malis habentibus.* Matth. 9. 12. S. Gauden. f. 8. Medicus molestitudinis potius, quam lertitiae, domum ingreditur, quia medici officium prosperitas non requirit. Videas hominem sanum, profundum passim medicos; invadit illum levis febricula, mox ardentem medicum suspirat; ut angelum excipit venientem ad se. Christus medicus est; quoniam demit

*Emisse illum in adversis invocamus; quam ingratos exhibemus nos in prosperis.* Didac. Nyss. D. 13. Pent.

*Dimitte eum, quia clamat post nos.* Matth. 15. 23. Dimitte, idest, da, quod petit. Adde enim synonyma sunt, accipere, & recedere; ut concessio vocari poterit missio. Tenet, dum abis, impetrans recedit post Domini indulgentiam. Fiant tibi sicut vis. v. 28. Revolve Evangelium; non invenies, aut gratias egisse, aut Dominum secutum, cive ministrasse. Naxera in Jos. 13. §. 29.

*Levaverunt vocem.* Luc. 17. 13. Utinam tanta semper esset humilitas, & gratitudo; quanta est submissio, & fervor, illud praefantis quam devote clamant pro salute leprosi! levaverunt. Ps. Did. Nyss. D. 13. Pent.

Importuni ut accipiant, inquieti donec accipiant; ingrati, ubi acceperint: largissimi promissores, & parcissimi exhibitores. S. Bernardus l. 4. de considerat. Apud Nyssenum Polit. coel. l. 7. c. 2.

Statio est processio; quae fit ad Ecclesiam, ut Deo persolvatur gratia. Dicitur autem Statio, quod stantes Deo gratias agimus; non flexis genibus, sicut in Litanis. Frigidior est gratiarum actio, quam petitio gratiae. Beletus in Rationali div. offic. cap. 6. de Stationi S.

## §. VI.

Exempla aequae serventis gratitudinis, ac petitionis.

*Quibus transgressus dixit Dominus ad Josue: elige duodecim viros.* Jos. 41. Mira res! fluentis transmissis lapides humeris imponuntur ad Dei honorem. Non minus fuit jam adeptorum obsequium, quam desiderantium servitium: utrobique humerus teritur; modo ad gratitudinem, antea ad trajectionem. Naxera in Jos. 3. c. 4. §. 6.

Sumantis orba pro filio defuncto Elisaeum rogatur: cum venisset ad virum Dei in montem, apprehendit pedes ejus. 4. Reg. 4. 27. Filio resuscitavit gratitudinem, quam antea precibus, ferventior; corripit ad pedes ejus, & adoravit super terram. vers. 37. Idem ibidem.

*Effudit super caput ipsius recumbens.* Matth. 26. 7. Cajet. Memor recepti beneficii, remissionis scilicet peccatorum; debitorum se arbitrat, ut iterum, quam melius posset, ungeret JESUM. Nec reputavit pretiosum aliquid, Messiae Dei filio offerere unctorem illam, in ipsius Messiae, secundum assumptionem carnem, corporale refrigerium; & propterea putavit, & bene; oportere esse optimam, & pretiosissimam hujusmodi unctorem.

Cur unguentum, Luc. 7. 37. ad Magdalena exhibitum non dicitur pretiosum; ut alibi Matth. 26. 7. Joan. 12. 3. Euthymius ad c. 12. Joan. forores coenae ei paraverunt, tamquam Magistro, & benefactori suum, ac plus quam humano. Hic Magdalena unguentum suum offert veniam peccatorum intendens.

At Joan. 12. unguentum effusum in obsequium Christi pro vita data Lazaro. Plus enim requiritur in gratis referendis, quam dum de proprio negotio tractatur.

*Sequebatur illum, magnificans Deum.* Luc. 18. 43. Fervens fide ante beneficium; post beneficium fervet benevolentia. S. Chrysof. hic.

## §. VII.

Quid retribuam? Ps. 115. 12. 13.

## 1.

## Amorem.

Prima haec retributio est; ut mortem pro morte reddamus. Secunda, ut, si debuit morte non solvimus, vel amore solvamus. Salvianus de provid. Dei l. 4.

Hoc est: & ego moriar pro illo. S. Chrysof. l. 110.

Quid illi pro malis meis, quae perulit? quid pro bonis suis, quae contulit, referam? quid pro suscepta carne? quid pro alapis, opprobriis? quid pro flagellis, cruce, obitu, sepultura, rependam? reddamus amorem pro debito. S. Paulinus ep. 4. ad Severum.

Adverte, & considerate, quam leve tributum a nobis Dominus exigit! pro tantis beneficiis nihil aliud petit, quam amorem. S. Thom. Vill. conc. de feod.

## 2.

Panitentiam, observationem praeceptorum.

*Posuisti illud Aaron in calice nactu referendum.* Ex. 16. 34. Nota: manna, simul cum Legis tabulis, aservatum in arca fuisse: quia manna eximium fuit beneficium, quoad gratitudinem obligat. Adest ergo juxta manna Lex; ut eam observent Judaei tanti beneficii oblitum memoria. De Castillo. Illustr. 90.

*Nonne Deus subiectionis erit anima mea? ab ipso enim salutare meum.* Ps. 61. 2.

*Sciiderunt vestimenta sua.* 1. Mach. 4. 39. 40. &c. Machabzi Deo gratias agentes pro recuperata arce Sion, cinere se asperserunt. P. Spanner Poly. Tem. 1.

runt &c. magnoque ululatu templi excidium, & hostium flagitia, deplorarunt. Oliva

*Cognovit ergo* 1. 4. 13. An regressus est ad Jesum cum leproso alienigena? tias: pro beneficiis acturus? imo perrexit domum. An ex ca litteras Christo & munera, misit? nihil horum praestitit. Ergo nullas reddidit gratias? imo maximas. Quas? audi: credidit ipse, & Dominum ejus. v. 53. & praclarum munus! o perfectam gratitudinem! Nihil Deo offerre potes gratius in gratiarum actionem, quam confessionem tuam. Oliva l. 9. Strom. ibidem.

O Chrisite! Dei Verbum, & Sapientia, & potentia, & Deus omnipotens! quidnam tandem nos inopes tibi pro omnibus his rependemus? Tua enim sunt omnia. Nec quidquam a nobis, nisi salutem nostram exposcis. Quod ipsum quoque tribuis. Quaeque sermone omni praestantiore bonitas est; beneficium accipientibus gratiam habes. Sancti Joan. Damasc. Orthod. fid. l. 4. c. 4.

Dominus quinque a nobis requirit pro redemptione nostra. 1. ut a peccatis ad eum revertamur. H. 44. 22. revertere ad me; quoniam redemi te. 2. ut eum diligamus. 3. ut ipsi soli serviamus. 1. Cor. 6. 20. empti estis pretio magno. 4. ut tantum beneficium ubique praedicemus. Ita 48. 20. auditum facite hac; & offerte illud usque ad extrema terra. 5. ut pro tanto beneficio gratias agamus. Psalm. 70. 23. exultabunt labia mea; cum cantaveris tibi; & anima mea, quam redemisti. S. Tho. Aq. Dom. inf. Oct. Nat.

Luna. Lem. In ipsum cornu nunquam. Scilicet in solem.

## §. VIII.

Gratitudo erga homines.

*Ud pro hac fide honoris, ac praemii, Mardocheus consecutus est?* Eth. 6. 3. Dixerunt servi: nihil omnino. Asservus erubuit, pertasus plurimum; quod suo in regno viveret nulla mercede, qui ipsum tanto periculo eripisset. Ideo mox correxitur ingratus animus, jubet Hebraeorum triumphare in civitate. Scribantur caractere aureo actiones praestatae subditorum, ac Ministrorum; scribantur eorum incommoda, pericula, itinera, detrimenta valetudinis &c. Si haec omnia in Diariorum scriberentur, & legerentur, tempore ad negotia vacuo; Mardochei multi, qui jacet ad limina conculcati, obnoxii Ammonitarum insidiis, donarentur supremis honoribus. Sed quia facta praecara in aqua scribuntur; ideo adulatores triumphantes, & bene meriti cruciantur. Conservantur in tabulis reorum crimina signata caractere publico; nec unum folium reperitur, in qua notetur vel apice sudores uberes laborantium pro bono communi, aut domini suo Oliva t. 3. conc. 5.

S. Antonini Florentini Archiepiscopi gratiarum actio, chartulae inscripta, praeponderasse dicitur canistro toti panis refecto. Deultreman l. 1. c. 3. Sect. 3.

Olim, a quo quis beneficium acceperat, ejus nomen assumebat. Sic S. Cyprianus Coecili nomen assumpsit a Coecilio presbytero, qui eum ad Christum converterat. Eusebius Caesariensis Pamphili nomen sibi assumpsit a Pamphilo Doctore, & Martyre. Josephus Historicus Flavii sibi pronomen assumpsit a Flavio Vespasiano Imp. qui eum honoribus auxit. Cornelius in Cant. Canon. 16.

Cum S. Francis ex liberalitate Abbatis montis Subefii, Benedictine Religionis adicula accepisset S. Marie de Portuncula, filiis suis enix commendavit, PP. Benedictinis summas semper habere gratias. Et ut locum hunc suum non esse monstraret, gratumque exhiberet; quotannis piscellam piscium ex proximo flumine ad Benedictinos, velut ad censum, dari curabat. Annal. Min. t. 1. An. 1220. n. 30.

## §. IX.

Gratitudo animalium.

Cum S. Modomocius, discipulus S. David Archiepiscopi, Hiberniam peteret; navem ingressus, cuncta apes eum secuta navem infidentes. Servierat enim earum alveariis. Rediit ad Magistrum sequentibus apibus. Abit iterum; iterum sequuntur; & idque tertio. Tum his benedicens: terra; ad quam properatis, vestro abundet semine. Et ita Hibernia, in qua ad id tempus apes vivere non poterat, his nunc abundat. Boland. 1. Martii.

Veneti quidam in littore mare labore remigii fulcabant; cumque applicissent, formidandum vident non procul a littore leonem ingentis draconis spiris involutum. Cumque illud draco captum ad speluacum suum violenter attraheret, hinc misistat leos, quibus valebat nissus, relatuabatur. Sed Pandoces, qui repente huic spectaculo supervenerant, miserantes leonis vicem, arma corripunt, draconem perimunt, leonem de faucibus mortis ereptum abire sinunt. Sed leo, vitae auctoribus gratias, per aliquot dies, quibus illic morati sunt, unam illic quotidie capti a se animalis pellem advexit. B. Petrus Dam. 1. 6. ep. 5.

Lupus puellam adultam invaserat; dentibus brachium ejus tenens:



nens: quam cum secum traheret, quoties illa clamare cepit, clamantem durius preffit, & tacenti pepercit. Ducta est ab eo in sylvam ad alium lupum, cujus gutturi os fuerat infixum. Qui cum nimis torqueretur, per os affecti lupi manus puellæ in guttur hians mittitur, à qua os inhærens extrahitur. Sanctus vero mox cum suo collega puellam ad villam proximam reduxit. Stengelius t. 1. Jud. div. cap. 22. ex Cafatio 1. 10. c. 66.

Vide tit. Ingratitudo.

## TITULUS VII. GRATIÆ DEO AGENDÆ.

In adversis.

Motiva.

Ex Veteri.

**C**onfessorum, quæ dederis mihi, decimas offeram tibi. Gen. 28. 22. Non aliquorum solum decimas obtulit Jacob, aliquorum vero non; sed omnium, nihil excepit: sic ex adversis, & prosperis, primitias gratitudinis offeramus. Gen. 14. 20. dedit ei decimas ex omnibus. Pinna in Eccl. Eth. 158.

Gratias agentes semper pro omnibus. Ephes. 5. 20. Christianorum propriè virtus est, etiam in his, quæ adversa putant, referre gratias Creatori. Nam in beneficiis Dei, quæ nobis accedunt, gratulari; hoc & gentilis facit, & Judæus. Sed, juxta Apostolum, hæc virtus est maxima, ut in ipsis periculis, atque miseriis, Deo gratia referantur; & semper dicamus: benedictus DEUS! Minora me scio sustinere, quam mereor: hæc ad mea peccata parva sunt. Nihil mihi dignum redditur. Sanct. Hieron. hic.

In omnibus gratias agite. 1. Thessal. 5. 18. Tam in morbo, quam sanitate; tam in inopia, quam copia; tam in consolatione, quam desolatione; tam in tentatione, quam pace; tam in humilatione quam exaltatione: quia non minus, imò sæpe majus donum, & beneficium Dei, est morbus, inopia &c. Cornel. hic.

Exempla.

Non est contritus contra Deum, quod plaga cecitatis evenierit ei; sed in inobedientia ditione permansit, agens gratias Deo omnibus diebus vite sue. Tob. 2. 13. 14.

Benignus mihi, quia humiliasti me. Ps. 118. 71. Non de felicitate humana gratias agit, sed de afflictione salutari: meminit enim, piam diffinitionem esse, quæ corripit. Intelligebat quippe, bonitatem illam debere dici, unde prohibetur; non unde inani exultatione gaudetur. Sic facit & Medicus bonitatem, cum fecit vulnera; sic pater cum filium corripit. Cassiodor. hic.

Accepti Jelu panem, & benedixit, ac fregit. Matth. 26. 26. Divisam Apostolos Eucharistia, observatur Christo ob oculos tota crucis injuria; quam libenter suscipiens gratias agit: v. 27. ut ostendat, se non ingratis fractionem sui corporis, id est, occisionem suscipere, ait Theophylactus. Velloso in Judith. 7.

Beatissima V. Maria, nè unquam cessaret Deum laudare, semper in ore habuisse fertur, teste S. Bonavent. vite Christi cap. 33. Deo gratias. S. Cypranus, teste Baronio ad Ann. 261. accepta mortis sententia solum dixit: Deo gratias; & caput securi subdidit. S. Bonifacius mirabiliter conversus, inter severissima tormenta sæpe repetit, Deo gratias! Sursum in vita. B. Servulus, teste S. Gregorio lib. 4. Dialog. cap. 14. à prima ætate ad finem vite multis annis paralyti in lecto detentus, hoc hymno sibi assidue dolores temperabat: Deo gratias! Idem egit S. Clara per 28. annos morbo intabescens.

S. Elisabeth defuncto conjugio Ludovico Thuringie Principe, cognatis Provinciam occupantibus, cum liberis ejecta, inops, vaga, exul, ærumnis omnibus pressa; ab iis etiam, in quos olim benefica, deferta, & contempta; cœnobium Fratrum Minorum adiit, & hymnum Ambrosianum decantari rogavit. In vita 29. Novemb.

Henricus VI. Angliæ Rex, ab Eduardo amulo suo regno privatus, & in vincula conjectus, occiso insuper filio, gratias Deo egit: quod hoc sibi in vita purgatorium dedisset, quo peccata expiaret. Polydorus l. 24.

Ex Patribus, & aliis.

Non magnum, si tunc Domino gratias agas, quando in prosperis, & secundis, es. Sed si tunc adhaereas Christo, quando te persecutor exagitat, quando aliqua procella perturbat. Amisisti filium? in illo dolore, in illa destitutione, memento Domini Dei tui: nè, quasi non exauditis, ingratus sis, & in tua prævaricatione ærumna &c. S. Ambros. in Ps. 118. l. 7. Memor fui nocte.

Cum omnium mandata virtutum perficeret, unum ei deerat; ut etiam flagellatus gratias agere Deo sciret. Notum erat, quod servire Deo inter dona noverat. Sed dignum fuit, ut districtio

severitatis inquireret: utrum devotus Deo, & inter flagella permaneret. S. Gregor. Mor. Praefat. in Job c. 3.

In bonis quidem gratias agens reddidit debitum; in malis autem Deum constituit debitorem. S. Chrysost. in Pl. 9.

Nihil hac lingua sanctius, quæ in adversis Deo gratias agit. Certe non inferior est lingua Martyrum; utraque pariter coronatur. Nam & adversus illam infestat licitor, Deum per maledictam negare cogens; in stat diabolus, argutis cogitationum quæstionibus lacerans, & animi angustias obtenebrans. S. Chrysost. hom. 8. in c. 3. Coloss.

Unum tantum à nobis queritur: ut in omnibus gratias agamus Deo; & omnia habebimus abundanter. Ut puta: perdidisti auri libras decem millia; age gratias Deo confestim, & centum millia acquisivisti, per vocem illam, & gratiarum actionem. Idem hom. 20. in ep. ad Hebr. c. 10.

Plus valet in ærumnis, & doloribus, unum Deo gratias, quam sex millia in rebus prosperis. Joan. Avila.

## TITULUS VIII.

### GULA.

S. I.

Symbola.

**C**omedit, & bibit, & abicit, parvi pendens, quod primogenita vendidit. Gen. 25. 34. Sic gulosi pro gula vendunt præmia æterna. Thren. 1. 11. dederunt pretia sua quæque pro cibo. Sanct. Bonaventura dicit, sal. cap. 8. de gula.

Oppianus ait: piscem illum Tob. 6. 2. adeo voracem esse; ut ciborum copia nimium disento ventre diffundatur, & emoriatur quo tristi exitu homines à luxu, crapulaque deterret. Com. in Tob. hic.

Princeps cocorum destruxit muros Jerusalem. Jerem. 51. 12. Quid enim per muros Jerusalem Scriptura exprimit, nisi virtutes animæ; quæ ad pacis visionem tendit: aut quis cocorum princeps, nisi venter accipitur, cui diligentissima à coquentibus cura servitur? S. Greg. Moral. l. 30. c. 12.

Ille corda lebetes sunt, in quibus edacitas regnat & per cupiditatis æstum excoquantur edulia. B. Petrus Dam. de dignis Sacerd. cap. 3.

Gula comparatur porco: diabolus autem nutrit, & impinguat, porcos suos, scilicet gulosos; ut postea ad fumum inferni ponat, eos in æternum devoret, & pascatur. Unde dicitur Matth. 8. 31. Si citius nos hinc, mitteres nos in greges porcorum, id est, gulosos. S. Bonav. dicit, fal. c. 8. de gula.

Ligna, quæ in plenitudine cœdentur, vel plantantur; quia tunc humor in corporibus abundat, corrumpuntur, & generant vermes, à quibus corroduntur, & corrumpuntur. Humor talis est repletio carnis vitiis, vermes gignens. Geminiani l. 5. Similit. c. 58.

Acellus marinus cor habet in ventriculo. Elianus l. 5. de animalib. c. 22.

Acephalus stella ante stellam errantem enumeratur. Et videtur, capite in pectus compresso, significare helleones: quia in his ratio non in capite, sed ventre. S. Hieron. super Matth. cor habet in ventre gulosos &c.

S. II.

Motiva vincendi.

**I**n pinguedine terra erit benedictio tua. Gen. 27. 39. 40. Bonus pater, cum duos haberet filios, unum intemperantem, sobriū alterum; quò utrique confuleret, intemperanti præfecit sobriū, & insipientem prudenti statuit obedire: quia insipiens non potest voluntarius virtutis esse discipulus &c. S. Ambr. lib. 2. de Jacob c. 3.

Vincenti dabo manna abconditum. Apoc. 2. 17. In reprehensione Episcopi duo Nicolaitarum mala tetigit Dominus: edere, & fornicari. Et utrumque vincenti promittitur in præmium manna abconditum Eucharistiæ, juxta Rupert. Bed. Albert. M. Nam vincenti gula concupiscentiam datur refectio spiritualis Eucharistiæ; in qua sunt omnes spirituales deliciae, & suavitates. Sylveira hic.

Deum ventrem vis habere pro Christo. Servis libidini, & gloriæ in carne, & confusione tua; & quasi pinguis hostia in mortem propriam saginatus? S. Hieron. ep. 48. ad Sabinianum Diaconum.

Mentis subtilitatem crassus venter expellit: contraria enim contrariis adversantur. S. Gregor. Naz. adversus mulieres ambit. Oneratus venter ad vitia cor disponit, premit mentem; nè superam valeat sentire pietatem. S. Chrysost. l. 2.

Sicut impossibile est, ut gravate nimis carnis volucres in cœlum evolent; ita & qui carnem suam nutrit, & fovet, illuc ascendere non poterit. Joan. Climacus gradu 26.

S. III.

S. III.

Gula morborum origo.

**N**oli avidus esse in omni epulacione; & non te offendas super omnem escam: in multis enim escis erit infirmitas. Eccl. 37. 33. Qui autem abstinent est, adjiciet vitam. v. 34. In his jacebat multitudo magna languentium. Jo. 5. 3. Omnes morbi hic reperiuntur; nullus locus morbis aptior in toto mundo. Piscina hæc vocatur Bethsaida, id est, domus panis, juxta Salmeronem, domus venationis piscationis, domus panis, domus. Ubi varietas est, & copia, ciborum; ibi, languentium copia, ibi nosocomium. Alvarez in Gen. 40. v. 1.

Ankixiphas Delius Medicus vel unam hanc dixit esse morborum causam, ciborum varietate. Clemens Alex. Pædag. l. 2. cap. 1.

Spumante ventre, assistentibus doloribus, stomacho cruciato, pede podagro, spondet temperantiam de futuris, laudat moderantium vitam, extollit solitarie quiescentes, à quibus ventris cura recessit. Effert præconis Sanctos, qui se perabstinentiam assilierunt, maledicunt accuratissimis cibis. Dormiebat sanè ista regina refocillata per paulum; excitata vero, & parumper gradiente per spatia, doloribus consopitis, vale jejuniū, vix temperantia dicitur, & semper fit regressus in idipsum, à quo firmiter credebatur egressus. Simon Cass. l. 8. c. 51. de gula.

Quod oleum lumini, hoc nutrimentum corpori. Sicut oleum ordinatè lampadis insulsum lumen nutrit, abundans extinguit: & sicut pluvia terra moderatè insula ipsius virtutem nutrit, confortat, & germinare facit; sic nutrimentum facit corpori. Broymond. Gula.

S. IV.

Gula noxia spiritui.

**A**nima, habet multa bona, comede, bibe, & epulare. Luc. 12. 19. Nonne, si dici ista potest, muti animalis via ista est? Si enim porcinam animam habuisset, quid ei aliud, quam manducandi, & bibendi bona nutrire debuerat? Nunc autem ita totus animalis homo est, & totus carnis; ut animam suam carnalibus, & corruptibilibus, escis exlimet esse pascendam. Cujus itaque natura talis est, ut virtutibus alatur, ut verbo Dei signetur, ut intellectibus piis, & religiosi disciplinis, atque exercitiis, excolatur? S. Ambr. l. 8. de homine divite post medium.

Quid, queso, vegetum, validumque, stude reddere, quod paulo post est interitum? quid te ipsum saginas, & carnis graves? An ignoras, quod pinguis tuum tibi corpus, tanto graviorem animæ tuæ carcerem constituit? S. Basilii in Pl. 29.

Vitium corporis munitio salutis spiritus est impedimento. Idem in Pl. 32.

Haudquaquam nobis placere potest sapor cœli, dum saporem quatuor loci nostri. S. Ber. l. 66. in parvis.

Quanto corpus magis fovetur, tanto anima magis attenuatur. S. Bernardinus l. 5. Act. 1.

Mali hic impingunt carnem, ut lautius à diabolo manducetur. Hugo Card. in c. 40. Gen.

Nemo potest dominari cœteris vitiis, nisi prius ingluviem ventris retrinaxerit. S. Ild. Sent. l. 2. c. 42.

Qui intemperans est, & incontinens; à quocumque alio vitio facile superatur. S. Ephrem de intemperantia.

Copia ciborum animi subtilitas impeditur. Seneca ep. 15.

S. V.

Gula origo vitiorum.

**A**ccidit ut peccarent. Gen. 40. 1. Gula, & culpa, sunt comites. Eunuchi duo peccarunt, qui cibo, & potui, laute parando curam dabant. Alvarez hic Illust. 122.

Avaritia, iracundia, & tristitia, ex gula oriuntur: nam gulosis pecuniæ eget, ad instantiabilem explendam cupiditatem; quam tamen explere nunquam potest. Illis autem, qui obstant, qui minus pecuniæ parent, irascitur necessitas: & quia nequit ulcisci in moerore, tristitiaque, versatur. S. Nilus lib. alcer.

Appetitus cibi peperit inobedientiam; & gustus jucunditas ejecit hominem à paradiso. Idem de gula.

Jejunii mens, ut stella, sereno cœlo fulget; futuri vero tenebris oppressa jacet obscura. Nebula solis radios tegit; & ciborum multitudine mentis splendori caliginem ostendit. Ager incultus spinas gignit; & animus gulosis fœdas parit cogitationes. In cœno non licet aromata reperire; neque in guloso contemplationis suavitatem. Id. ib.

Faciente gulosis sicut uter; qui nullum somnum facit, donec fuerit plenus. Ita gulosis silentes, dum implentur, sunt loquacissimi. S. Vinc. Ferr. ser. 4. de gula.

S. VI.

Gula mater libidinis.

**I**ngressi sunt domum latenter. 2. Reg. 4. 6. Isti duo latrones, qui domum latenter ingrediuntur, & domum domus intrant; sunt nimius potus, & cibis exquisitis; five potius superfluitas, & cibi sauritas: quæ se multoties latenter ingerunt sub specie necessitatis; & domum domus, id est, spiritum in inguine percunt, & occidunt; id est, in luxuriam dejiciunt. Hugo Card. hic.

De strato suo post meridiem. 2. Reg. 11. 2. Somno, & cibo, passus; ideoque in Venerem proclivis: hujus enim stimuli sunt deliciae regales, desidia, & somnus. In somno enim fit cibiconcoctio, cujus ultima pars est semen: quod enim corpori alendo superfluit, vertitur in semen. Quapropter somnus matutinus calis periculosus est: tunc enim, peracta concoctione, reliquum alimenti in semen transit; quod veneras cogitationes, motusque, efficit. Corn. hic.

Venit Nabuzardan, &c. Jer. 51. 12. Princeps cocorum destruxit muros Jerusalem. Quia gulæ deditus luxuria sequitur, Propheta testatur; qui, dum aperta narrat, occulta denuntiat dicens: princeps cocorum &c. Princeps namque cocorum ventre est; cui magna cura obsequium à cœcis impenditur, ut ipse delectabiliter cibis impleatur. S. Gregor. l. past. cur. p. 3. c. 15.

Decebat Balac mittere scandalum coram filiis Israel, edere, & fornicari. Apoc. 2. 14. Nota: quod conjungit hæc duo, edere, & fornicari: prius edere; quia ingluviem genitrix luxuriae est. S. Gregorius Naz. in sentent. quemadmodum ferret ignis natura, ut ad subjectam materiam ardeat; sic etiam natura comparatur est, ut immodicam facietatem libido committetur. Pl. 105. 15. misit saturnitatem in animas eorum. Alii legunt: misit eadem: Sylveira in Luc. 16.

Difficile inter epulas servatur pudicitia. Nitens cutis sordidum ostendit animum. S. Hier. ep. 47.

Si recte consideres; pestis ista, scilicet vitium gulæ, per maxima est vexatio generis humani; ex quo suboriuntur plurima sæva, atque mortifera, vitia carnis. Rupertus l. 5. in Matth.

Gentium princeps Amalec, & cupiditatum dux, est ingluviens. S. Nilus or. 1. de gula.

Libido gulam sibi in sociam assumit in bello. Id. ib.

O ignis infernalis luxuria, cum flamma superbia; cujus scintilla prava colloquia; cujus fumus infamia; cujus cinis inopia, cujus finis gehenna. Cohibe gulam; & hæc omnia cessabunt. S. Laur. Just. de sobriet. c. 3.

Fovetur luxuria ex cibis, sicut ignis ex lignis. Sim. Cass. lib. 8. c. 51. de gula.

S. VII.

Exempla Gulam mortificantium.

**U**t præstet piscibus. Gen. 1. Origenes, Chrysost. Eucherius: homo præstet piscibus, quando dominatur gulæ, & libidini.

Erit mihi Dominus in Deum. Gen. 28. 21. Jacob panem petiit, non carnem, non perdidit; ut docet Nyss. lib. de Orat. Quæreretur jubenur id, quod satis est ad naturam corporis conservandam; panem dā, ad Deum dicentes; non luxum, non delicias, non ornamenta aurea &c. Corn. hic.

Joannes Abbas missas sibi fucus à quodam, ad senem quemdam moribundum per duos adolescentes misit; qui per nebulam viam perdiderant, fame, sitique, mortui: inventa corpora sicubi intactis. Jo. Cassianus de instit. cœnob. c. 40.

Senex asceta, teste Rustino, n. 70. nactus cucumerem, cuius appetentissimus fuerat, ante oculos suspendit; & nè gula vinceret, cucumerem nec quidem attingit: seipsum insuper graviter oburgans; quod tam imprudenter gulosis has delicias auderet appetere.

S. Macarius Alexandrinus cum aliquando cupissem vesci vis recentibus, perbellique ad se missis; vincens gulam eas ad alium fratrem infirmum misit; hic ad alium; ipse iterum alteri; sic ad multos; & demum iterum ad Macarium, qui iis abstinent. Bolland. 2. Jan.

S. Romualdus Abb. Si aliquando ex aliquo esculentiori cibo gula titillaret, mox illum accuratè præparari præcipiens, ori, & naribus, opponeret; & solum capians odorem, dicebat: o gula! o gula quam dulcis, quam suavis, modò tibi saperet iste cibus! Sed vix tibi; ex eo numquam gustabis; & sic intactum ad cellarium remittebat. Boll. 7. Febr.

S. Jonas Monachus hortulanus cœnobii in Ægypto, cum 85. annos exegisset in monasterio, solusque horti frugiferi curam gereret; nullum unquam fructum gustavit usque ad mortem. Bolland. 11. Febr.



## Miscellanea.

Dum rex. Dan. 14. 13. locum carnium, & escarum, intue-  
retur, deceptus est: cum verò cinerem aspexit; intellexit  
veritatem. Si ad escas, gulam, ebrietatem, respicis; decipe-  
ris, & idolum coles. Sed si cinerem, & pulverem, in quem  
converteris, aspexeris, rationis ductum verum, non carnis  
sequeris. Diez Gula.

Mirum, si quis unquam hanc liber evasit; nisi forte qui  
sepulchrum habitaverit. Jo. Climacus gr. 14. de gula.

Qui leonem blandè demulcet manu; nonnumquam illum  
manu facit: qui verò corpus obsequiis fovet, ipsum amplius  
efficit. Id. ib.

Noli Evæ incontinentiam imitari, nè rursus serpentem acci-  
pias consiliarium. S. Basilus f. 1. de jejun.

Si quis plus delectaretur in pulvis, quam in perdicibus;  
in aqua plus, quam in vino: acceptus esset Deo à pulvis,  
quam à perdicibus; ab aqua, quam à vino abstinere. S. Al-  
bertus Magn. parad. an. cap. 7.

Vide plura tit. Peccata capitalia.

# H TITULUS I HÆRESSES.

## §. I.

Utiles Ecclesie.

**O**portet, (idest, Fidelibus) & hæreses esse. 1. Corinth.  
11. 19. contra eos ad exercitationem eorum. San-  
ctus Anselmus hic. Ideo providentia divina multos  
diversi erroris hæreticos esse permittit: ut, cum  
insultant nobis, & interrogant nos ea, quæ nescimus; vel  
sic discutiamus pigrum, & divinas Scripturas nosse cupi-  
amus. Idem ibid.

Etiā sic veris illis Catholicis membris Christi malo suo  
profunt: dum Deus utitur & malis bene. *Diligentibus Deum  
omnia cooperantur in bonum.* Rom. 8. 28. Inimici enim omnes  
Ecclesie quolibet errore cecident, vel malitia depraventur.  
Si accipiunt potestatem corporaliter affligendi, exercent ejus  
patientiam. Si tantummodo male sentiendo adversantur; exer-  
cent ejus sapientiam. Ut autem etiam inimici diligantur;  
exercent ejus benevolentiam, aut etiam beneficentiam; si ve  
suavissimi doctrina cum iis terribili disciplina. S. August. 1. 18.  
de Civ. c. 51.

Hoc de peccatis eorum (hæreticorum) divina operatur  
Providentia; quæ lucem facit; & ordinat, ut si earum com-  
paratione lux gravior. Idem in Pl. 9.

Hæreticorum occasione propagati sunt Doctores in fide:  
& per acumen hæresum Ecclesie Magistri creverunt. S. Isi-  
dorus Sentent. lib. 1. c. 16.

## §. II.

Figure.

**C**epit tentare vulpes. Judic. 15. 4. Quid est aliud vulpes  
capere, nisi hæreticos divine legis autoritate revincere;  
& sanctarum Scripturarum testimoniis, vel quibusdam  
vinculis, alligare, atque constringere. Sanct. August. ser. 1. D.  
in Pass.

*Ecce Equus niger.* Apoc. 6. 5. Joachimus Pererius, Ribeira,  
Corn. &c. dicunt, in equo nigro significari hæreticos; qui  
in nigris errorum tenebris versantur. Sylv. hic.

*Vidi stellam de caelo cecidisse.* Apoc. 8. 1. Quidam varios hæ-  
reticos intelligunt. Id. hic.

*Locusta; & data est illis potestas, sicut habent scorpiones  
terra.* Apoc. 9. 3. An hæreticorum perveritas non satis ex-  
pressa per locustas; cur additur, habere scorpionum potesta-  
tem; quia nesciunt in uno malo stare; in pejus ruunt. Id.  
hic.

## Varia.

Multos seducunt. Matth. 24. 5. Seduci dignos; plus sapere  
presumes, quam deceat simplicitatem fidei. Seducunt ver-  
bis; & novitate; magis verò suavitate doctrinæ, moribus  
palliat. Simon Cass. l. 9. c. 54.

*Deus meus! ut quid dereliquisti me?* Matth. 27. 46. Potest  
& ita accipi; quod Dominus prævidens aliquos, imò plu-  
rimos in corpore suo; qui ab unitate Ecclesie sue per hæ-  
reses, five per alia criminalia peccata, erant recessuri; illo-  
rum personam in se transfigurando clamabat: ut quid &c. S.  
Bernardus de Pass. c. 12.

# H TITULUS II HÆREDITAS.

## §. I.

Hæreditas Domini.

**P**ars Domini, populus ejus, & Jacob funiculus hæreditatis ejus.  
Deut. 32. 9.

*Elegit nobis hæreditatem suam.* Psal. 46. 5. Hæreditatem suam  
vocat gentem: non quod aliquando gentium curam nullam  
gessisset; sed vehementem in eos dilectionem, & cum eis  
conjunctionem, & providentiæ accessionem ostendens, Sanct.  
Chrysost. hic.

*Hæreditatem suam spernit.* Pl. 77. 62. Hæreditatem ipsos no-  
minavit, ut qui ipsi Deo quam maxime curæ fuerint. Bea-  
tus Theodoretus hic.

## §. II.

Hæreditas nostra sit Deus.

**D**ominus pars hæreditatis meæ. Pl. 15. 5. Eligant sibi alias  
partes, quibus fruuntur, terrenas, & temporales; por-  
tio Sanctorum Dominus æternus est. Bibant alii mortales  
voluptates; portio calicis mei Dominus est. S. Aug. hic.

*Filius hominis non habet, ubi caput reclinat.* Matth. 8. 20. Et  
tu amplas porticus, & ingentia tectorum spatia, metiris.  
Hæreditatem expectans sæculi coheres Christi esse non pote-  
ris. Sanct. Hieron. ep. 1. ad Heliodorum.

## §. III.

Hæreditas terrena.

**P**ostula à me, & habo tibi gentes hæreditatem. Pl. 2. 8. Quia  
hæreditas proprie dicta solebat dividi inter fratres, &  
plerumque dividebatur forte, & partes divise mensurabantur  
funiculis; ideo pro eodem accipitur hæreditas, pars, fors,  
funiculus, possessio. Bellarminus hic.

*Spiritus præclarum pars calicis eorum.* Psal. 10. 7. Dicitur  
hæreditas calix: quia sicut calix in mensa, saltem in cena  
Paschali, dividebatur inter convivas; ita hæreditas dividitur  
inter filios ejusdem patris. Idem hic.

*Hæreditas, ad quam festinat in principio &c.* Prov. 20. 21. Cajetanus hic exponit: hæreditas, quam filius juvenis ante  
mortem patris adire festinat, benedictione caret: quia ab eo  
regi, & conservari nequit, sed juvenilibus dissipatur. Hinc il-  
lud: Si vultur es, expecta cadaver. Si vis hæreditate pater-  
na gaudere, expecta mortem patris. Exemplum in filio pro-  
digo, qui prapropere portionem hæreditatis suæ à patre exi-  
gens, eam dilapidavit. Mystice Rupert. l. 4. in Gen. c. 10. ho-  
mines mundani, quæ festinant hæreditate terram, & frui præ-  
sentibus; amittunt bona futura, & hæreditatem cœlestem.  
Corn. hic.

*Vocavit servos suos, & tradidit illis bona sua.* Matth. 25. 14. Bona sua, non aliena. Q. quot in Mundo testantur, & in hæ-  
redes suos bona non sua, sed aliena dividunt. Diez conc.  
2. in Comm. Conf.

Cum scias humanitatem, bonitatem, & æquitatem, tui  
Domini; expertem eum tui testamenti facies; non facies cum  
coheredem liberorum tuorum; induc eum in terrenam hanc  
hæreditatem; ut te, un cum tuis liberis, in cœlestem il-  
lam hæreditatem inducat. S. Chrysost. 1. 6. f. 2. de V. A.

## TITULUS III.

## HOMO.

## §. I.

Creatio.

**C**ur non faceret Deus hominem? quamvis eum peccato-  
rem præferret; cum & stantem coronaret, & ca-  
dentem ordinaret, & surgentem adjuvaret semper, & ubique  
ipse gloriosus bonitate, justitia, clementia. S. Aug. lib. de ca-  
techiz. c. 18.

Homo dictus, quia ex humo factus est. Sanct. Isid. Orig.  
1. 11. c. 1.

Homo ipse, propter quem omnia facta sunt in terra; per-  
fectus, hoc est, juvenilis ætatis, plasmatus esse credendus est.  
V. Beda 1. 4. hexam.

Adam in sexta feria formatus est, in qua peccavit, & mor-  
tus est. V. Beda in c. 2. Gen.

## §. II.

Hominis dignitas, & excellentia.

Num. I.

Est Monarcha, Dominus.

Ex Veteri, & Novo, & Patribus.

**P**raefat pifibus &c. Gen. 1. 26. In quo consistit hic principa-  
tus? in rationis præstantia. S. Greg. Nyss. Or. 1.

*Faciamus hominem ad imaginem nostram.* Ib. hoc est, illi  
rationis præstantiam tribuimus. Non inquit, facimus homi-  
nem ad imaginem nostram, ut irascatur, concupiscat, & mo-  
reat. Perturbationes enim non tadtunt in imaginem Dei; sed  
ratio perturbationum moderatrix, ac domina. Ad imperandum  
natus est homo; quid ergo perturbationis servus? cur digni-  
tatem abijcis? cur te peccato tradis in servitutem? cur te  
constituis mancipium diaboli? Id. ib.

Homo sævissimas quæque feras sibi ludum facit. Nihil  
est, ad quod ille arte non perveniat. Id. ibid.

Ut strenuus ad imaginem Dei, dum principum procreare-  
mur, obtinuerimus: ut autem efficiamur ad ejus similitudinem;  
proposito, voluntateque, consequimur. Ex imagine habeo,  
quod ratione sim præditus; ex similitudine autem ut bonus  
efficiar. *Esse perfecti, sicut & Pater vester cœlestis perfectus  
est.* Matth. 5. 48. Idem ibid.

Nondum magna hæc, & pretiosa res, homo, Mundi do-  
minus aderat. Id. l. de creat. hom. c. 2.

Propterea novissimus in hunc Mundum, post creaturam,  
introducitur est homo; non ut vilissimus in extrema parte  
projectus; sed quem decebat gentium mox esse rectorem.  
Idem ib.

Anima hominis pro purpureo velamine vestita virtute est,  
quæ omnium ornamentorum regalium pretiosior approbat:  
pro sceptro vero, beatitudine, & immortalitate, sustollitur;  
& regali sermo, justitiæ corona, decoratur. Id. c. 4.

Quale miraculum! sol fit, & nullum præcedit consi-  
lium: cœlum quoloque, cui nihil in creaturis visibilibus simi-  
le videtur, verbo solo perficitur: & opus tam mirabile, nec  
unde fiat, nec qualiter, intimitur. Ad hominem autem solius  
conditionem cum consilio quodammodo Conditor universi-  
tatis accedit. Id. ibid.

Quod rectus est hominis habitus, & ad cœlum sese ex-  
tollens, sursumque respiciens; principalia hæc dona esse cer-  
tissimum est, approbantia regiam potestatem. Denique quod  
solus ita formatus est, cœterorumque omnium prona sunt  
corpora; manifesta differentia honoris ejus ostenditur: dum  
constet quidem illa hujus esse subjecta potentia; hunc autem  
supereminens existere dignitatis. Id. c. 8.

Ut, ingressuro in civitatem aliquam rege, operæ pretium  
est, præmittere satellites, alioque omnes; ut, bene adorna-  
tis palatiis, rex honestius ibi agat: ita simili modo regem, &  
principem aliquem, rebus terrenis præfecturus Deus, prius  
omnem hunc ornatum fabricavit; & tandem præcedendum ho-  
minem introduxit; declarans factis istis; quanto honore ani-  
mal hoc prosequatur. S. Chrysost. hom. 8. in Gen.

Deus fecit hominem principem omnium, quæ sunt super  
terram: & nihil super terram hominem majus est; & omnia  
sub potestate illius sunt. S. Chrysost. ibid.

Quasi Angelus aliquis vivebat homo super terram, scilicet  
in paradiso; corpore quidem amictus, sed extra corporis ne-  
cessitates constitutus: &, sicut rex, paludamento, & diade-  
mate, ornatus, & purpura vestitus. Id. hom. 13. in Gen.

*Terræ vester sit super cuncta animalia.* Gen. 9. 2. S. Ambros. ep.  
38. de feris loquens: Sæpe suspenderunt morsus suos vocante  
sono vocis humane. Videmus innoxios canum dentes lepores sine  
vulnerare capi: leones quoque ipsos, si vox hominis resisterit,  
prædam dimittere; pardos, atque urso, incitari, ac revocari vo-  
cibus; Ita vehementius illos incitat lingue (humane) flagellum.

*Ut disponat orbem terrarum.* Sap. 9. 3. Scilicet per Sapien-  
tiam: est enim homo positus in hoc Mundo, sicut rex in  
regno. S. Bonav. hic.

*Simile factum est regnum calorum homini regi.* Matth. 22. 2. Origen. hom. 20. hic. necesse est, ut regnum Dei simile sit  
homini regi: ut hominibus quasi homo apud homines loqua-  
tur. Recte annectitur regi homo, ut reges homines se esse  
agnoscant, Sylveira hic q. 3.

*Homo quidam erat dives.* Luc. 16. 1. Et quis erat homo iste?  
nisi Christus. Et quomodo dives non erat, cui ministrabant  
Angeli? virtutes parebant, elementa serviebant? Et habebat  
villium. Quem? nisi hominem; cui, ad colendum Mundum,  
tota fuerat commissa possessio. S. Chrysost. ser. 125.

Quid est Mundus, nisi quidam ager plenus certaminum? hujus  
agonis instaurator utique omnipotens Deus est. Qui igitur  
agonem suscipit in hoc Sæculo? nonne omnia præpara-  
rat, quæ agoni sunt necessaria? Et tunc athletæ vocat pa-  
ratis præmiorum insulis certaturos ad coronam. Terra exerci-  
tium est hominis. Cœlum mihi thronus, in cœlo sedes  
ejus. Pl. 10. 5. Non enim Deus supra elementum sedet; sed  
in corde hominis. Principium ergo mundani operis cœlum,  
homo finis. Cœlum de Mundo, homo supra Mundum, Il-  
lud enim Mundi portio, iste paradisi incolæ, Christi posses-  
sio. Cœlum incorruptibile putatur, & præterit; homo cor-  
ruptibilis habetur, & incorruptionem induit. Illius figura pe-  
rit, iste quasi immortalis refurgit. S. Ambros. ep. 38. ad Ho-  
rionianum.

Videbatur nihil elephantis natura habere robustius, nihil  
tam terribile, vel procerum; nihil tam ferum, quam leo-  
nes, veltigres sunt. Et hæc servant homini; & naturam  
suam humana institutione deponunt; obliviscuntur, quod na-  
ta sunt; induunt, quod jubentur. Quid multa? docentur ut  
parvuli, servantur ut infirmi, verberantur ut timidi, corrigun-  
tur ut subditi. S. Ambros. l. 6. hexam. c. 6.

Omnes in Christo regeneratos Crucis signum efficit reges:  
Sancti verò Spiritus unctio consecrat Sacerdotes; ut, præter  
istam speciem nostri ministerii servitutem, universi spiritalis,  
& rationales Christiani agnoscant, se regii generis, & Sacer-  
dotalis officii, esse consortes. Quid enim tam regium, quam  
subditum Deo animum corporis sui esse rectorem? Et quid tam  
Sacerdotale, quam vovere Deo conscientiam puram, & im-  
maculatas pietatis hostias de altari cordis offerre? S. Leo 1.  
3. in univers. die assumpt. ad Pontificat.

*Vir quidem, cum sit imago, & gloria Dei, non debet vo-  
lare caput.* 1. Cor. 11. 7. Si ergo, qui non debet valere ca-  
put, imago Dei est; profectò quæ velatur, non est imago Dei;  
quamvis ejusdem animæ sit particeps. Quomodo ergo homo est  
imago Dei? secundum imperium, & potestatem. Quod per-  
hibere etiam videtur, vox divina, quæ dicit: *faciamus homi-  
nem ad imaginem, & similitudinem nostram.* Et modum sub-  
jungens, ait: ut dominetur &c. B. Theodoretus q. 20.

Anima regium quid præferat cœlo; quod libero volun-  
tatis arbitrio utitur. Pro purpura virtutem induit; quod om-  
nium indumentorum est maxime regium; pro sceptro verò  
immortalitatis beatitudine nixa, pro regio diademate justitiæ  
corona honestata. Isid. Clarius l. 1. or. 58.

Quilibet persona humana, quadam est congregatio, qui-  
dam cœtus, quoddam collegium; imò quoddam regnum;  
in quo diversæ potentia, scilicet sensitiva exterioris; poten-  
tiæ intellectuales, memoria, intelligentia, voluntas; in quibus  
consistit imago Dei; quibus omnibus præest voluntas,  
tamquam domina, & regina; quæ tendit sequi consilium ra-  
tionis, tamquam judicis. Tunc autem illud regnum bene re-  
gitur, quando inferiores potentia subduntur, & obediunt  
mediis, mediæ supremis, supremæ ordinatæ voluntati, vo-  
luntas soli Deo. S. Bonavent. l. 39. in Nat. B. V.

Virtus est gratuita unctio regalis promotionis. Sicut enim Re-  
ges, qui promovenunt ad regna terrena, unguntur; sic Deus  
Electos suos ungit unctio gratiæ, ad obtinenda regna cœles-  
tia, & terrena. Idem diat. fal. c. 24. de virtutibus in communi.

Homo est nobilissima creatura, omnibus creatoris prælata, &  
summum bonum factum, Richard. à S. Victor. de Arca myst. l. 3.  
cap. 1.

Mundi domicilium non sine singulari elegantia, concinna-  
tum, atque in morem throni regalis exornatum, regem ex-  
pectabat. Oportebat denique & hominem procreari, qui re-  
gali throno conveniret. S. Basilus Seleuc. or. 1.

## Num. II.

Ab ipso Deo creatus.

*Manus tuas fecerunt me, & plasmaverunt me.* Job 10. 8. Notant  
Scripturæ Interpretes, in illa verba Gen. 1. 24. *producat terra ani-  
mam viventem;* potuisse etiam terræ Deum præcepisse, ut pro-  
duceret saltem hominis corpus (anima enim ejus ita perfectæ  
est, ut à solo Deo formari possit.) enim ex limo forma-  
tum. Nihilominus ait cum plasmavit. Pl. 118. 73. Job: *manus  
tuas fecerunt &c.* quod de perfectis illis animalibus non legi-  
mus.